



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

10. An fœmina teneatur non se ornare, & in publicum exire ad evitandum  
aliorum scandalum? At vero, si hoc vult facere cum peccato veniali  
ostentationis inanis, quæritur, an in hoc casu contrahat ...
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

## RESOL. IX.

*An femina ornans se secundum consuetudinem patriæ, si sciat ex hoc ornari lasciuè ab aliquo amari, peccet mortaliter se ornando, vel de domo exendo?*

*Et quid, si ornatus esset superflus, & maximus, dummodo sit secundum morem Patriæ? Ex p. 2. tr. 25. & Milc. 1. Ref. 30.*

*¶ hoc in §. 1. R. Respondeo negatiuè. Ita Azorius p. 2. l. 12. c. 18. quæst. 1. 1. Ratio, quam adducit, est, quia taliter se adorando virtutis iure suo. Eandem sententiam docuit Caïet, in 2. 2. quæst. 169. a. 2. ad dubium. Sanchez ubi infra, n. 17. Bonacina, & nouissime Petri, de Lorca p. 2. tom. 2. quæst. 73. art. 8. vbi ait: [Effectum per accidens, etiam si præsumtus, dummido non sit formaliter intentus, non imputari, ostendunt multa exempla. Si videlicet mulier omittit le, ut placeat marito, vel vi procedat iuxta consuetudinem patriæ, etiam si prævidat se ab aliquo cupiter amandam, non tenetur abstinere, neque imputatur illi: & ratione id probatur, quia quando eff. cœsus sequitur per accidens, etiam si præsumtus sit, non est virtualiter intentus, nam virtualiter intentum in causa intenditur, causa autem per accidens, non est simpliciter causa, neque contingit effectum, ut in ea dicatur volutum. Et certè esset gracie iugum, & animas mille laqueis impicare, si teneremus vitare eff. cœsus per accidens præsumitos. Hec ergo habenda est regula generalis, ut ille effectus non auget malitiam, neque imputetur, qui sequitur per accidens, etiam si præsumtus sit, dummido non sit formaliter intentus.] Hac Lorca. Vide etiam illum, quæst. 20. a. 5.*

*2. \* Ex his oritur & solvit alia dubitatio, quid dicendum de femina domo sua exeunte, cum videat se lasciuè concupiscendam ab amasio? Noster P. Megal. in 1. part. lib. 4. cap. 6. num. 9. & Turrian. in 2. 2. tom. 1. disp. 96. dub. 2. Bocan. in 2. 2. tom. 1. c. 27. quæst. 6. num. 4. distinguunt; nam propter scandalum futurum ex malitia alterius, non debet talis femina domi manere, sed exire potest, vel ad audiendum Misam, quando non est in præcepto; vel etiam alicuius recreationis gratia: sed si sciat quod proximus peccat ex fragilitate, puta ex magna ratione amoris erga illam, vel quid simile, tunc tenetur mulier se occultare, & nec etiam ex vilitate domo exire, si aliis proximi scandalum sedare non potest. Concordat ex parte cum Megala, & Turrian. Martinez in p. 2. q. 20. a. 6.*

*3. Secunda opinio est D. Antonini, Medinae, Corduba, Lopez, Zumel, & aliorum apud Sanchez ubi infra, num. 16. & Filiuc, in quæst. mor. tom. 2. tract. 28. c. 10. num. 2. 2. qui afferunt eam peccare mortaliter, si exeat domo, fine villa necessitatibus, sed ex curiositate, indifferenter hac, vel illac discurrendo, non autem si hoc faciat ob causam necessariam, ut iniurient vicinas, seu affines, ne minus urbana habeatur, vel eundi ad Ecclesiam, &c.*

*4. Tertia opinio, cui tanquam probabiliori adhero, est Caïet in 2. 2. quæst. 69. a. 2. ad 5. dubium, quem posse equi fuit recentiores aliqui ut præter alios Sanchez in sum. tom. 1. lib. 1. c. 6. num. 17. & Bonac. tract. de leg. disp. 2. quæst. 4. punct. 2. §. vñie. num. 27. & tract. de matrim. quæst. 4. punct. 9. num. 17. qui afferunt feminam in tali casu non peccare, non enim tenetur sua se libertate priuare egrediendi domo, standi ad oīsum domus, vel feneram, discurrendi per ciuitatem, &c. Et ratio est,*

*quia etiam si ita faciendo daret occasionem amasio ad concupiscendum, tamen ista occasio potius provenit ex ipsius amasi malitia, & ideo est occasio ab ipso accepta, & non à muliere data, q. à iure suo & libertate sua vtitur, & iste effectus, vt super diximus de muliere ornante se, provenit per accidens, & licet sit præsumtus, non tamen est intentus, & ideo non debet ad culpam imputari.*

*5. Limitanda tamen est hæc doctrina, nisi femina, data opera, se offert contemptui adolescentis, illius amoris confusia, eti illum non intenderet. Secus autem si hoc faciat, vt diximus non solum propter aliquam necessitatem, seu utilitatem, sed etiam propter hos solum, ne videlicet se priuet, sua libertate, & iure excludi domo; Ex hi omnibus milii olim rigida visa est cuiusdam confessarij relatio, qui noluit abolidere mulierem nobilitem, quæ in curtu soiebat ambulare, secundum morem patriæ, cum aliis feminis nobilissimis; quia ita se præbebat conspicendi adolescenti, à quo sciebat te turpiter amari, non enim tenebatur propter malitiam amasi, priuare se iure & libertate t.*

*6. Addo quod exite domo iuxta morem patriæ, ab Azor. p. 2. lib. 1. cap. 18. q. 12. communeratur inter causas iustas, quas habent mulieres in hoc casu domo egrediendi. Sed circa praesentes questiones vide etiam Med. p. 2. quæst. 20. a. 5. Aluar. etiam in p. 2. q. 73. art. 8. & tandem Suarez de char. disp. 10. secc. 4. num. 1. vbi afferit, feminam non peccare, etiam si lequatur scandalum, adorando se, dummodo ornatus sit moderatus, & decens, fecus si esset sup. hoc superflus, & maximus. Sed ego p. 2. non peccare, nam lege intentiam eff. superflus, & maximus, dummodo sit fra §. Non secundum morem patriæ, & de se non sit quasi provocatus ad malum. Vnde bene afferit Turrian. in 2. 11. 2. tom. 1. disp. 96. dub. 2. §. ex traditis. ornatum non habere speciem mali, quantumvis illustum, si si iuxta consuetudinem patriæ feminarum, quæ honeste sunt; fecus si eff. peculiaris habitus meretrius.*

## RESOL. X.

*An femina teneatur non se ornare, & in publicum non exire ad evitandum aliorum scandalum?*  
*At vero, si hoc vult facere cum peccato veniali ostentationis inanis, queritur, an in hoc casu contrahat malitiam scandali?*  
*Et an excusentur femine a peccato, vtentes ornatu, quæ nuda pectora, & mammillas ostendunt, si fiat hoc secundum morem patriæ, & absque illa mala intentione?* Ex p. 5. u. 7. Ref. 31.

*§. 1. A*do in 2. 2. D. Thom. contr. 3. tract. 1. 3. Sup. hoc in disputatione 5. secc. 5. num. 3. 1. vbi sic ait. Dubitant DD. Rel. præterita, utrum peccet femina, quæ se ornat, si nouerit inde alios sumptuos pro sua fragilitate occasionem concupiscendi illam? Nonnulli, quos tacito nomine refert Emanuel Sæ verb. Ornatus, num. 1. affirmarunt esse mortale. Naustratus. verb. in summa. cap. 14. num. 37. distingue videtur; si enim nesciat, vel non aduertat mulier se ab aliquo determinata concupiscendam, ait non peccare lethali licet indeterminate & vagi non verit aliquum futurum, qui occasione sui affectus peccet. Secus verò si in particulari personam cognoscet, & quidem si ornatus esset valde nimius, & præter patriæ consuetudinem, non foret exculpanda femina à mortali, si crederet se fore aliqui occasionem lapidius, nec hac in parte quidquam refert quod in

E e 4 in

in particulari cognoſcatur, vel ignoretur, quæ perſo-  
na ſit inde ſumptuſa occaſionem peccandi; ratio enim  
utrobius eadem eft, quia nimium ornatuſ ille illi-  
citus eft, & ad quem foemina non habet ius; aliunde  
eſt graui culpa occaſio; grauitate ergo laedit charita-  
tem ſic ſe ornado. Si vero ornatuſ eſet honeſtuſ, ille  
nimium qui in patria, vel regione conſuetuſ eſt, non  
peccat foemina illum geſtando, licet ſeat futuruſ  
aliqui determinatae, vel vagi perfonae occaſionem  
ruinae, dummodo ruina ipsius non intendat. Sic  
ſentiuſ Catechauſ, Sa., Aorius, & Nauarrius in  
ſumma cap. 23. nu. 18. Nemo, inquit, peccat ornatu-  
do le etiam plenidi pro ſui ſtatus decentia, & mo-  
re regionis, modo id bono fine faciat, imo meretur,  
licet alius, vel alia ad eius concupiſcentiam per acci-  
dens allicitur. Probatur, quia foemina habet ius ad  
indumenta illa que ſunt iuxta conſuetudinem patria, &  
& oppofitum fore illi valde grave, ergo ſuavis lex  
charitatis non obligat illam, vt cum tanto detri-  
mento evitet peccatum illicite concupiſcentiae alterius. Et  
ſane ſi oppoſitum eſet verum, damndauſ ſolutoſ  
fore foeminarum ornatuſ, & frequenteſ illarum in-  
geſtuum in templo, & alia honesta loca, cum valde  
veriſimile ſit in tanta fragiliſum hominum multitudine  
elle aliquos, qui inde ſumunt occaſionem peccandi,  
quippe quibus multo minoreſ occaſiones ſuffici-  
poſiunt, & ſolent. Addi paterne Caſtan. & me-  
riti quidem, licet foemina in praedicto ornatu alii-  
quando peccet propter factantiam, aut alium eiusmo-  
di finem, non propterea peccato peccato ſcandalis,  
dummodo non intendat, ut ſupponimus, ruina alio-  
rum, quia praedictus iactantia finis non reddit or-  
natu magis ſcandalouſum. Haec Gr. nado.

2. Sed ego magis clare rem explicabo. Dico igi-  
tur quid quando foemina timet ne a perſona particu-  
lari ametur, lateſcie, teneri cauere a publico, & abſtine-  
re ab actione occaſionante aliqui ruinae, quando  
potest abſque proportionato danno, quia teme-  
rit vitare aliorum peccata, quando commode po-  
ſumus. Vnde deducendum eſt peccare foemina eum  
tem in hoc templuſ ad Sacrum, in quo eſt aliquis a  
quo turpiter ametur, quando commode potest aliud  
templuſ adire eo periculo vacans; item quando it  
per hunc vicum, potens commode ire per alium.  
Quando audit ſonituſ equi veheſtis amafum, &  
ipſa ſe abſque neceſſitate dat in fenestra aſpiſciendam;  
quando verba facit coram amatore, quibus ſit ac-  
cedendus, ſi potest abſque ſpecie iniuriantis ta-  
cere. Quando item domo egreditur, ſciens eam ex-  
pectari ſpectandam, ſi nulla tunc ſit neceſſitas. Ita do-  
cet Caſtrus Palauſ tom. 1. tract. 6. diſput. 6. puncl. 7.  
num. 4. & Hurtado in 2.2. diſp. 173. ſel. 31. §. 404.  
qui tamē optimè, ut ſemper ſoleat, ſubsequi do-  
cet, quid quando fine graui & proportionato danno  
non potest illas actiones vitare, quid tunc non te-  
netur in publicum non exire, & ab his abſtinere, quia  
tales occaſiones ſunt valde remote, & generales, ex  
quibus oritur peccatum ex malitia potius ſcandalati-  
ti, quam foemina. Vnde hinc deduc non teneri  
foemina, nec licet poſſe abſtinere diu a Sacris, nec  
teneri carere diu publico, nec abſtinere a fenestris  
longo tempore, nec non eſſe ad domus ſua ianuam,  
nec priuari amicarum conſuetudine, riſuſtatione, &  
aliis oblectionibus, ſine quibus vita degitur mole-  
ſte; itaque ſemel, aut iterum, pauci que vicebus id  
tenetur efficeri, quia fine moleſtia graui potest; dixi  
autem non teneri, quia eſſet valde moleſtum, &  
terculiſ plenum.

Sup. hoc la-  
te in Ref.  
2. tom. 3. cap. 13. num. 11. quaſt. 13. excuſare fo-  
eminas vtentes ornatu quo nuda peſtora & mammil-  
laſ oſtendunt; ſi ſiat hoc ſecundū morem patria, &  
Ref. 36. 25.

3. Non deſinam hinc adnotare etiam Layman lib.

2. tom. 3. cap. 13. num. 11. quaſt. 13. excuſare fo-  
eminas vtentes ornatu quo nuda peſtora & mammil-  
laſ oſtendunt; ſi ſiat hoc ſecundū morem patria, &

abſque mala vila intentione. Vide etiam etia p. 15.  
ſentiuſ quæſitionem de ornatu mulierum Suarez diſ-  
p. 10. ſel. 3. n. 10. Gordonum tom. 1. lib. 6. quaſt. 15. &  
cap. 5. §. 2. n. 15. Sanchez in ſumma tom. 1. lib. 1. cap.  
6. num. 17. & Layman loc. cit. vbi ex Leffio lib. 4.  
cap. 4. num. 110. ponit hanc regulam, quod quando  
aliquid non eſt per ſe malum, ſed induſtrium, excep-  
tus in vnu illius (ſe poſta omni malitia extirpata)  
non eſt niſi peccatum veniale, & ideo excessus in co-  
poris ornatu conſiderata qualitate perfonæ, loci, &c.  
erit tantum peccatum veniale.

4. Sed non deſinam pro coronide huius refolutio-  
nis apponere hic pro curioſis pulchrum diarium le-  
mina, vt diſtum eſt, non teneat lego chancery ab ſu-  
ſinere ab ornatu & fuco, ita vt illi liecat fe omne &  
cometeat vult hoc facere cum peccato veniali oſ-  
tationis inanis; queritur an in hoc caſu conuicta  
malitia ſcandalis: Negatiuē reſpondet Salas in part. 1.  
2. tom. 2. tractat. 13. diſp. 5. num. 132. Zimel in  
part. 2. quaſt. 73. art. 8. anb. 2. concl. 3. & Hurtado  
de Mendoza in 2.2. diſp. 173. ſel. 24. §. 299. vbi  
aſt. Alienum peccatum mihi non imputatur, quan-  
do ſequitur ex meo facto, cuius lo. obſtantiam ego non  
tehor vitare lege charitatis, vt conſtat propoſito  
exempluſ; foemina enim non teneat abſtinere tunc  
ſubſtantia ornatu, vt poſto: ergo peccatum alienum  
occidentatum ex illa ſubſtantia non potest impunita  
foemina; quia illa non tenebat vitare hanc occiden-  
tiam: quod vero foemina peccaverit prauo fine, nihil  
refert ſcandalis paſſu, quia ille non fuit ornatu  
ex prauo fine, ſed ex operis ſubſtantia. Vide  
nullum peccatum foeminae fuit cauſa alterius ruinae.  
Si vero ratione circumſtantia male tenebat foemina  
vitare ſubſtantiam ornatu independenter ab inci-  
dalo alieno, tunc ei vitio vertetur, v.g. ſi ex tempo-  
ris circumſtantia, aut ex mariti praecipto, aut ex vot-  
o teneat foemina abſtinere ab ornatu, teneat illa  
ex praecipto charitatis, quia tunc ex eius peccato, vi  
peccatum eſt, oritur alienum ſcandalum, oritur enim  
ex ſubſtantia ornatu hinc & nunc, quem hinc & non  
tenebat vitare. Haec Hurtado: ex tenuis non  
admittenda ea, quæ doceat Alphonſus de  
Leone de officio Confeſſ. tom. 1. recollect. 7. 1. 3. 9. 6  
371. recognoce illum; & ex dictis ab Hurtado ad  
Iudas rationes reſpondebis.

## RESOL. XI.

An vbi adeſt conſuetudo, quod mulieres incedant p-  
Elore nudato, hoc non obſtante, peccant mortaliter?

Et an principes, & Epifcopi ſub peccato mortali u-  
neantur talem conſuetudinem ex ſirpare: & an in-  
ales Foeminae à Sacra Synaxi repellenteſint?

Et an mulier ita ſuperfluuſ ornatu, & pauiſſimum na-  
dans peſtora, & ſi nollet ornatu deponere, poſit  
nihilominus abſoluſ in confeſſione?

Et an in hac inſueta peſtoria foemina mudiata poſit  
dari levitas materie?

Et notatur ornatu mulierum ſuperfluuſ, & imme-  
deratum eſſe illiciuit, ſed aliquando cum peccato  
veniali, aliquando vero cum mortaliter.

Et an excessus ornatuſ immoderatus in pecto  
ſi peccatum lethale,

Et an ſaltē peccant mortaliter foeminae videntur ve-  
ſtibus pretoſis, & odoriferis?

Idem eſt dicendum de ornatu ſuperfluuſ, & im-  
moderato virorum

Et tandem queritur, an ſemper peccant mortaliter  
foeminae, ſi incedant peſtore nudato, vbi non eſt  
taliſ